

Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCVIII. De Cæco Sanato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

214 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.
& axiomata tepidorum , & malorum hominum: sicut
enim , ut S. Paulus scribit 1. Cor. 5. v. 6. Modicum
mentum totam massam corrumpit : ita idem scribit in e
dem Epist. c. 15. v. 33. Nolite seduci : corrumpunt ho
mores colloquia prava.

MEDITATIO CCCVIII.

De Cæco Sanato.

Marc. 8. v. 22.

PUNCTUM I. Et veniunt Bethsaïdam , & adducunt
cæcum , & rogabant eum , ut illum tangeret. Et appre
hensa manu cæci , eduxit eum extra vicum (scilicet Bethsa
ïdam.) Considera , quod , sicut Marcus præcedentia
pote 7. v. 33. de surdo & muto narravit , apprehen
sum eum esse de turba seorsum , ita etiam cæcum
Christus eduxerit extra vicum Bethsaïdam , quæ Li
tinè vertitur : *Locus effusionis*. Ad cæcitatem enim
mentis curandam , & ad visum ejus acuendum , plo
rimūm conductus , vitare hominum consortia , ubi per
inutiles confabulationes animus fœse effundit , & ad
contemplandum , ac contuendum Cælestia fœse inha
bilem . ac occæcatum reddit ; unde de Anima à Deo
Divino Lumine illustrandâ Osee. c. 2. v. 14. dicitur
Ducam eam in solitudinem , & loquar ei ad cor. Recede ergo
ab inutili hominum consortio , ad vacandum Con
templationi , & alijs exercitijs Spiritualibus.

PUNCT. II. Et expuens in oculos eius , impositis man
ibus suis interrogavit eum , si quid videret. Et aspiciens , di
Video homines , veluti arbores ambulantes. Hoc est alter
rum medium ad oculos mentis illuminandos. Tunc
autem

autem Christus expuit in oculos nostros , quando facit , ut per agnitionem nostræ vilitatis , instar vilissimi sputi nos esse credamus ; & quando vicissim alios magni æstimamus , ut videamus illos veluti arbores ambulantes . Quòd si ab alijs tamen ita magni æstimemur , eorum judicium non aliter curare debemus , quam homo nanus ac Pygmæus curaret judicium dicti cæci . Scientes enim , nos in omnibus esse pusillos , non debemus cæco hominum judicio extolli , nec tantos nos credere , quanti à cæcis mortalibus esse dicimur : horum enim sermo est sicut umbra Solis , à tergo nostro occidentis ; quæ brevis etiam staturæ humanæ longissimam , & vero longè majorem projicit & effingit imaginem , paulò post tamen cum Sole evanescit .

PUNCT. III. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus : & caput videre . Et restitutus est , ita ut clare videret omnia . Sic studeamus semper proficere in Cœlesti Sapientia , donec clare videamus , & intueamur omnia , prout sunt , & non prout ab hominibus dicuntur , vel æstimantur ; ab his enim præsentia ac temporalia magni fiunt , futura verò & æterna parvi .

MEDITATIO CCCIX.

*Varia hominum de Christo judicia ,
& Petri Confessio.*

Matth. 16. v. 13. Marc. 8. v. 27. Luc. 9. v. 18.

PUNCTUM I. Venit autem IESVS in partes Cæsareae Philippi , & interrogabat Discipulos suos , dicens : quem dicunt homines esse Filium Hominis ? Matth. 16. v. 13.

O 4

five